¶ Missa preciosissimi sanguinis domini nostri iesu xpi.

Vos qui in libertatem vocati estis conuenite et properate ad victimã meã victimã grandem sup montẽ oliueti vt cõmedatis carnes in saturitatem ⁊ bibatis sanguinem in ebrietatem et effundam super vos aquã mundã et mundabimini ab omnibus inquinamentis vr̃is dicit dñs oipotens. ℣. Et erit fons patens domini dauit et habitatoribus ihr̃lm in ablutionẽ pctõꝝ. Glia pr̃i. Sicut erat. Kyrie. Deꝰ creator oim tu theos ⁊c. Glia in excelsis deo. Et in tra pax. Collecta.

Domine scte pat omnps etne deꝰ. q p pciosũ sãguinẽ dilecti filii tui dñi nr̃i Ihũ xpi humanũ genus a potestate tartarea liberasti. cõcede ppiciꝰ. vt oẽs q eiusdẽ saluatoris nr̃i sctissimũ sanguinẽ deuote venerant in terris. ⁊ tuis in p̃senti copiosius muniant auxiliis. ⁊ gaudiis in futuro mereantur perfrui sempiternis. Per eun.

Epistola ad hebreos.

Fratres. Christus assistens põtifex futurorũ bonoꝝ p ampliꝰ ⁊ pfectiꝰ tabernaculũ nõ manufactũ id est nõ huiꝰ creatiõis. neqꝫ p sanguinẽ hircorũ aut vituloꝝ sꝫ p pprĩũ sãguinẽ introiuit semel i sctã etna redẽptiõe inuẽta. Si enim sãguis hircoꝝ et taurorũ et cinis vituli aspsus inquinatos sctificat ad emũdationẽ carnis: quãto magis sãguis xpi q p spm sctm semetipm obtulit imaculatũ deo. emũdauit cõsciam nr̃am ab opibus mortuis ad seruiẽdũ deo viuẽti. Et ideo noui testamẽti mediator est: vt morte intercedẽte in redẽptionẽ earũ p̃uaricationũ q erãt sub priori testamẽto repromissionẽ accipiãt q vocati sũt eterne hereditatis. In xpo iesu dño nostro. Gr. Christus dilexit nos et lauit nos a pctis nostris in sanguine suo ⁊ fecit nos regnum ⁊ sacerdotes

deo et pr̄i suo. V⁹. Ecce venit cū nubib⁹ et videbit eū oīs oculis et q̄ eū pupigerūt et plangēt se sup eū oēs trib⁹ tre. Alla. V. Christus dilexit ecc̄liam et seipm̄ tradidit p̄ ea vt illā sāctificaret mūdans lauacro sanguinis sui vt exhiberet ipse sibi gloriosū non abentē maculā aut rugā. ¶ In tempore paschali. Alla. V⁹. Vox pr̄is ad filiū sub audiens patrū gemitum dixit. exurge gloria mea exurgam diluculo de limbo patrū inde cruoris p̄cio reducā captiuatū gentes redēpti plaudite psallantes in chorea. ¶ Sequētia sanguinis xp̄i. Innouata celica gaudia cruor xp̄i. V. Reddit p̄dita sathane dolor tristi. V. O scīe sanguis pandens miracula. V. Quo vetus anguis perdit repagula. V. Ne nos peruersa ligarent mortis vincula. V. Sana vulnera fetida mūda crimina. Tu es xp̄i sanguis mellifluus. Cuius rore salim⁹ manet tuus. O benigna. O spes vite. O piissime sanguis qui plebē dei redemisti. Nobis succurre miseris. Salua tuos ab iferis. Sed nobis da veniā ⁊ salutis grām. Ut soluamus tibi carismata. ¶ Tractus in quadragesima. Effundam sup domū dauid ⁊ sup hitatores ihr̄lm spm̄ gratie et precū. V⁹. Et aspicient ad me quē cōfixerūt et plāgent eum planctū quasi super vnigenitū. V. Et dolebunt autem super eū vt doleri solet in morte primogeniti. V. In die illa magn⁹ erit plāct⁹ i ihr̄lm sicut plāct⁹ ad rēmon in campo maggedon. ¶ Euangeliū secundū Lucam.

In illo tp̄e: Uenit dies azimorum: ⁊ misit Jhesus petrum ⁊ iohēm dicens eis. Euntes parate nobis pascha: vt māducem⁹. Euntes autē discipuli fecerūt sicut dixit illis: ⁊ parauerūt pascha. Et cū facta esset hora: discubuit: ⁊ duodecim ap̄li cū eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscū: āteq̄ paciar. Et accepto pane: gratias egit et fregit et dedit ei dicēs.

Hoc est corpus meum: quod ꝓ vobis tradetur. Hoc facite: in meã cõmemorationẽ. Similiter ⁊ calicẽ: postq̃ cenauit dicens. Hic calix nouum testamẽtũ est in sãguine meo: qui ꝓ nobis effundetur in remissionẽ pctõꝝ. Et egressus ibat scdm ꝯsuetudinẽ in montẽ oliuarũ. Secuti sũt autẽ illũ ⁊ discipuli. Et ipe auulsus est ab eis: quãtũ iact⁹ est lapis et positis genib⁹ orabat dicens. Pater si vis transfer calicẽ istũ a me. Uerũtamen nõ mea voluntas sꝫ tua fiat. Apparuit autẽ illi angelus de celo: cõfortans eũ. Et factus in agonia: plixius orabat. Et factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrẽtis in terram. Offꝫ. Irritã quis faciens legẽ moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moriẽ quanto magis putatis deteriora mereri supplicia q̃ filiũ dei cõculcauerit ⁊ sanguinẽ testamenti polutũ duxerit in quo sanctificatus est spũi grẽ cõtumeliam fecerit. Secreta.

Sacrificium dñe quod tibi ꝓ filii tui sacratissimi sanguinis veneratiõe offerimus placatus intende ab oĩum nos eruat bellorum nequicia. et patra q̃s. vt nos per ipm hiis cõmerciis sctis ad celestia surgamus. Per e. Prefatio. Quia p incarnati. Com. Tu quoqꝫ in sanguine testamẽti tui eduxisti vinctos de domo carceris sedẽtes in tenebris ⁊ vmbra mortis. Post cõmunio.

Ineffabilem clemẽtiam tuã q̃s omps deus vt ab hiis quos p lignũ scẽ crucis. ꝓ cruore filii tui redemisti. dira serpẽtes antiq̃ venena depellã ⁊ eis p gratiã sctĩ sps/poculũ salutis infundas. Per e. Intercessione.

Salue sacer sanguis christi qui de sacro effluxisti. saluatoris corpore. Pax et salus loco isti esto et quos redemisti salua omni tempore. Alleluya.

Salue scta pars cruoris. fusa nři redẽptoris: pede etiam latere: Deus salua q̃ te querũt. volens quic

quid deliquerũt visu verbo opere. Alleluya alla. ℣. Pro
piciare domine: Tuo redemptis sanguine. Collecta.

Deus qui presentem locum vnigeniti tui precoso
sanguine visibiliter venerari dignatus es: pre-
sta quesumus. vt qui eiusdem saluatoris nostri sangui-
nem gloriosum hoc in loco adoraturi adueniunt: et tuis
in presenti copiosius muniantur auxiliis. et gaudiis in
futuro mereantur perfrui sẽpiternis. Per eundem chri-
stum dominum nostrum. Amen.

¶ Missa vero predicta cantatur semel in ebdomada so-
lenniter. & etiam dicte. Antiphone cum collecta dicuntur
quotidie alternatim a Conuentu in laudibus & in vespe
ris immediate post principalem collectam ad laudem do
mini saluatoris et honorem ipsius sanguinis profectuq;
& vtilitatem spiritualem superuenientium peregrinorum
vt qui nobis sua tribuunt temporalia. A nobis recipiãt
spiritualiter quibus crescant Spiritualia.

¶ Impressum per me Richardum Pynson.

